IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 34r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ad sequelam eorum et eruе me si forte insurgant adversum
me et si non propter aliud saltem ideo ut spes mea quam habeo
de te non sit mihi ad confusionem

Ideo eruе me quia omnes adheserunt mihi quoniam innocentes qui nec actu nec voluntate nocere voluerunt et recti qui in bono proficere studuerunt adheserunt mihi consensione cordis et vnius voluntatis quia sustinui te patienter adversitates sustinendo

Liberа deus israhel populum quem ad tuam visionem predestinasti ex omnibus tribulationibus suis quibus intus vel exterius opprimit

Ps. 25 In quo orat xpus a consortio malorum separari

Vox xpristi

Iudica me domine

Iudico discretionis discernendo me a peccatoribus condempnandis quam innocenter intersi viam huius vite et in domino confidens non infirmabor desituendo ab innocentia mea

Diuiе domine quia innocens ego sum probа me tribulationes mittendo me notum fac probatum et hoc non ut innotescat tibi quia omnia nosti sed mihi et alijs quia postquam feceris vre cogitationes meas igne spiritus sancti et si qua vitiorum macula in me inuenerit hanc oro exure hanc sancti spiritus calore consume

Tempta me et vre dico non presumptuе dico sed emendationis gratia Quoniam misericordia tuam toto corde intueor quia magna sit et dulcis et in bonis tuis in quibus est veritas et iustitia complacui fiduciam habens quia non sinas me supra vires meas temptari